Fragmentarium

iustitiam hominum: eorum qui

Sicut scriptum est. Quam specio-
si pedes euangelizantium pacem.
euangelizantium bona. Sed non
omnes obediunt euangelio. Esa-
ias enim dicit. Domine quis credidit
xxxiii. auditui nostro? Ergo fides ex au-
ditu. auditus autem per uer-
bum xpi. Sed dico. Numquid
non audierunt? Et quidem
in omnem terram exiuit sonus
eorum. et in fines orbis terre uer-
ba eorum. Sed dico. Numquid israel
non cognouit? Primus moyses
dicit. Ego ad emulationem uos
adducam in non gentem. in gen-
tem insipientem in iram uos
mittam. Esaias autem audet
et dicit. Inuentus sum a non que-
rentibus me. palam apparui
his qui me non interrogabant.
Ad israel autem dicit. Tota die ex-
pandi manus meas ad populum
non credentem. et contra dicen-
tem michi. xxxiiii
Dico ergo. numquid reppulit
deus populum suum? Absit.
Nam et ego israhelita sum ex
semine abrahe. de tribu beni-

in passione … plebe
suam quam presciuit. An ne-
scitis in helia quid dicit scrip-
tura. quem admodum interpellat
deum aduersum israel?
Domine prophetas tuos occiderunt.
altaria tua suffoderunt. et ego
relictus sum solus. et querunt
animam meam. Sed quid dicit
illi responsum diuinum? Re-
liqui michi septem milia uirorum.
qui non curuauerunt genua
ante bahal. Sic ergo et in hoc
tempore. reliquie secundum
electionem gratie salue facte
sunt. Si autem gratia. iam non
ex operibus. Alioquin gratia
iam non est gratia. xxxv.
Quid ergo? Quod querebat israel: hoc
non est consecutus. electio autem
consecuta est. Ceteri uero ex-
cecati sunt. sicut scriptum est.
Dedit illis deus spiritum conpunctio-
nis. oculos ut non uideant. et
aures ut non audiant usque in
hodiernum diem. Et dauid dicit.
Fiat mensa eorum in laqueum
et in captionem et inscan[dalum] faci
et in retributionem illis.

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 704 (15), f. 2v – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-uqrx/8853/66805)